

Heinrich Rahn Wilhelm Mellinger

Postiones Inaugurales Ex Iure Et Civili, Et Canonico desumptas ...

Rostochi[i]: Kilius, [ca. 1658]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735205442>

Druck Freier  Zugang



Festlegungen aus bürgerl. + kanon.
Recht

Progr. + Postkones

R U für 1658

Heinrich Rahne, Præs. / d

Wilhelm Mellinger, Resp.

mit Progr.

POSITIONES INAUGURALES
EX JURE
ET CIVILI, ET
CANONICO

desumptas,
DIVINA FAVENTE GRATIA,
Ex Decreto & Autoritate Magnifici ac
Amplissimi Jctorum Ordinis, in inclu-
ta Balthica,
PRÆSIDE, VIRO

CONSULTISSIMO, ATQUE EXCELLENTISSIMO,
DN. HENRICO RAHNEN,
J. U. D. & P. P. Consistorii Ducalis Asses-
sore gravissimo, Facultatis amplissimæ Juridicæ
Seniore, & hoc tempore Decano Spectabili, Mæcenate,
Hospite, ac Patrono observantiæ cultu nunquam
intermorituræ devenerando,

PRO LICENTIA
Summos in utroque Jure Honores &
Privilegia Doctoralia consequendi,

Publico Eruditorum Examine submitte
WILHELMUS MELLINGER,
CELLENSIS.

ad d. 2 Sept. Horis ante & pomerid. 1658.

Rostochi, Typis Hæredum NICOLAI KILII. Acad. Typ.

POSITIONES MAGISTRALIS
EX TITULO
ET CIVILI ET
CANONICO

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

DR. HENRICO RAHNER
J. U. D. & P. F. CONSULTOR DUCIS ALLES
PRO NICHENTIA
WILHELMUS MELLIOR

JESU JUV A!



*M*aximas difficultates ob novos quotidie emergentes casus, ut ob minimam circumstantiam & à verbis illi recedere interdum cogamur, easque non in una juris sed infinitis materiis prodire tralatitium est. Has autem ut superemus, cognitio illi exacta requiritur, ut cum Arist. lib. 5, Eth. c. 10. possimus defectus supplere & corrigere, si quæ legislator simpliciter & absolute loquendo peccavit, & quidem eo modo quo legislator ipse si adesset, dixisset, si scivisset, ita prescribentem legem instituisset. Omnium autem materialium propria quæ sunt, quæ non, ex universi juris cognitione addiscere necesse habemus, propter quam causam & has positiones, per utrumque jus dispersas, elegi pro disputatione inaugurali, DEUS ter Opt. Max. Summus Legislator, faxit ut omnia ex votis peragantur.

POSITIO I.

Jurisprudentiæ finem esse justiciam nemo ambigit, an verò universalem, an particularem, diversi diversis rationibus propugnant, sed quo minus priorem opinionem amplectamur, nihil nos moratur.

II.

Ex l. 7. ff. d. ll. negamus omni legi inesse vim coactivam, multa enim in jure sunt, quæ sapiunt permissivam, quæ omnino à præceptione distinguenda: ad cujus probationem adduco ex jure can. cap. 3. d. furt. civili l. 2. C. d. patribus, qui filios distrax. l. un. d. ingr. lib:

III.

Quamvis regulariter feriæ ordinariæ suspendant
judicium, tamen citationem die feriato factam, ut quis
veniat, die non feriato valere, cum *Dd. ad l. fin. C. d. fe-
riis defendo.*

IV.

Requisito & non requisito magistratu potuisse o-
lim quempiam in jus vocari, elicitur *ex l. 4. ff. S. i. d. in
jus voc. ubi in certis personis veniæ petitio est neces-
saria, in reliquis non.*

V.

Neq; contradicimus *l. 2. ff. pr. d. in jus voc.* si dici-
mus magistratum in jus vocari posse, *Bart. ad d. l. 2. sci-
licet ut se sistat finito officio.*

VI.

Absolutè loquendo, minimè potest admitti, q; in *c.
12, 22. quæst. 5.* dicitur, inter simplicem loquelam & jura-
mentum nullam dari differentiam.

VII.

Actionis nomen in libello exprimere, neq; canonico,
cap. 6. ex t. d. judic. neq; civili jure requiritur, *l. 1. ff. S. i. d. eden-
do.*

VIII.

Pacta nuda habere formam non absq; ratione de-
fendimus *arg. l. 27. C. d. loc. cond.*

IX.

Transactio in criminalibus non tantùm super pote-
state accusandi, verùm etiam vindicta interdum con-
ceditur, si quis enim cum fure transigat, poenà non gra-
vatur

vatur secundum *CC. art. 160.* suspendij, hæc enim tunc locum habet quando damnum est datum.

X.

Propterea in quibusdam rebus: transactiones utpote justitiæ executioni obstantes, rectissime prohibentur, quod & in Ducatu Br. & Lunæb. à D. Frid. Ulric. 1624. constitutum, ne in scio magistratu fiant.

XI.

Adulterii pœnam non ex *L. Juliâ*, sed ex Constitutione Constantii & Constantis capitalem rectius asserimus, *l. 4. C. Theod. quor. appellat. non recip.* ex qua *l. Tribonianus ad constitutionem Constantini adjecit capitalem pœn. l. 30. C. ad L. f. d. ad:*

XII.

Neq; *l. 18 C. d. transf.* obstabit, est enim expressa additio Triboniani, qui ex usu suorum temporum verba, *excepto adulterio*, adjecit: quæ verba proculdubio in *C. Hermog.* non erant, ait *Cuiac. 6. O. II.*

XIII.

Tam ex *jure Can. per caus. 6. quest. 1. c. 17. Et cap. 10. x. d. jurejur:* quàm civili per *l. 41. C. de transact.* per juri infamia probatur.

XIV.

Facile largimur, nullam infamiam dari sine dolo, sed omnem dolum infamare negamus.

XV.

Ratio nulla est, ubi de modo computationis naturalis & civilis agitur, quod distinguatur inter causas

favorabiles & odiosas, in illis tempus cœptum pro completo, in his ultimum requiri momentum.

XVI

Actiones pœnales prætoriz regulariter annales sunt, hoc tamen secus in actione furti manif. d. recepto adversus nautas, & servo corrupto. *pr. f. d. perpet. § temp. act. l. f. S. f. nauta l. 13. ff. d. servo corr.*

XVII

Edictum de alienatione iudicii mutandi facta, non spectat ad cœptum sed futurum iudicium, iudicio enim cœpto res existit litigiosa, cujus alienatio ipso iure inefficax *l. 2. § ult. C. d. litig.*

XIX.

Non injuriã dixerimus *Filliuc. op. Theol. tom. 2. tr. 33. c. 6 n. 101.* absurdissimam fovere sententiam, dum actionem realem confundit cum iure in re, personalem cum iure ad rem.

XIX.

Jus, qui dilucida intervalla habet furiosum, ad iudicandi munus admittit *l. 39. ff. d. jud. an benè an secus, disceptatur.*

XX.

Si illorum sententiæ hereditatis petitionem actionem mixtã asserentium subscribamus, hæc errabimus.

XXI.

Cum *Bartolo ad l. 34. C. de inoff. testam.*: condictionem ex *l. 30. C. h. v.* actionem ad supplementum legitimæ putante ad exemplum querelæ quinquennio finire, mini-

minimè facimus, sed ut reliquas actiones personales,
ita eam perpetuam esse defendimus, quia est civilis ac
rei persecutoria.

XXII.

Excellentissimo Dn. Hahnio adstipulamur contra
dissent: Publicianam quoq; habere locum in causa lu-
crativâ: l. 1. §. 2 ff. d. publiciana § l. 3. eod.

XXIII.

Absolutè consideratas servitutes novimus non esse
res soli, tamen quoad præscriptionem, ut res immo-
biles considerari, defendimus l. 2. c. d. servit l. f. C. d.
præscr. long. temp.

XXIV.

Restrictivam interpretationem esse in in l. 7. ff. quem-
ad. servit. amitt. observandam, & tempus dccennale esse
duplicandum, discimus ex l. f. C. d. servit.

XXV.

Jure civili non licet alienum pecus in agro suo de-
prehensum includere, quod damnum passo aliæ actio-
nes non denegentur, l. 39 § 1 ff. ad L. Aquil

XXVI.

Nec abrogata est actio d. pauperie per C. Cri. art.
136. qui de animalibus feris, vel genitali feritate prædi-
tis agat, quinimò jus can. & juri civili in hac parte as-
sistit cap. ult. x. d. injuriis.

XXVII.

Ex jure civili est, quod mortuus non possit trans-
portari per aliena territoria sine impetrata concessione
magistratus l. 3. §. 4. d. sepulchr. viol. In

XXIIIX.

In act. L. Aquil. aliud est corpore damnum dare, aliud corporis occasione, ex priori directam, ex posteriori utilem habeo actionem, §. f. *J. de Leg. Aq.*

XXIX.

Jus statutarium quibusdam in locis à jure civili de aleatoribus recedere, sufficit probare *Ord. pol. Duc. Lunab. c. 40.*

XXX.

Actio L. Aquiliae ex se & sua natura est poenalis, ex accidenti esse potest non poenalis.

XXXI.

Jure civili juramentum nullam confirmationem, addit contractibus invalidis, l. 7. §. 16. ff. *d. pact. l. 112. §. f. de leg. 1. Nov. 51 pr.* jure can. secus per c. 2. *de pact. in 610. c. 28. x. d. jure 1.*

XXXII.

Multae regulae juris non continentur in tit. de regulis juris.

XXXIII.

Qui in debitum errore solvit, conditione, non vindicatione hoc repetit, quod vindicatio praesupponat dominium l. 23 *d. R. V.* hoc autem principaliter & intentione prima est translatum.

XXXIV.

Rem pignoratam alteri pignori dari posse manifesti juris est, l. 1. *C. si pignus pign. l. 13 ff § 2 de pign. cap. 6 x d. pign.* verum soluto jure datoris solvitur jus acceptatoris, l. 40. §. f. *d. pignorat. act.*

Funda-

XXXV.

Fundamentum directæ & contrariæ actionis, ex causa actionum personalium est sumendum, sc. obligatione, quæ si ab utraq; parte statim oritur, ut in emt. vend. loc. cond. utrimq; actio directæ est, sin v. ex accidenti & postfacto, ut in mandato, deposito, commodato, pignore, negotiis gestis, alteri directæ, alteri contraria datur.

XXXVI.

Bona naufragorum Dominorum manent, nec eorum jure lictoris fiunt, qui territorium habent. Est enim consuetudo nullo jure fundata, propterea *Frid. II. eam in Auth. navigia C. de furtis* extirpari voluit in imperio Romano, quod & *Car. V. in crim. Const. 218. confirmavit.*

XXXVII.

Magistros navis, institores, directâ civili conveniri posse, non obscure probamus per *l. I. §. 17. §. 24 ff. de exercit. act.*

XXXVIII.

Filius familias quamvis juramento renunciaverit Scto Macedoniano, tamē illa renunciatio, utpote contra utilitatem publicam, est nulla, *arg. l. 7. §. 16. de pact.*

XXXIX.

Largior quidem filiū se beneficio Scti Mac. privare, sed renunciare illi posse, nego, prius ex *l. 7. §. ff. l. 9 ff. pr. d. Sct. Mac. l. 40. ff. d. cond. indeb. posterius arg. l. 7. §. 14. ff. d. pact. probō.*

B

Mulier

XL.

Mulier autem Scto Velleiano renunciare potest, ratio igitur diversitatis subest, & quidē hæc, quòd publicè interfit, ne mores juvenum, imperfectorum civium corrumpantur, contra utilitatem publicam autem, nulla renunciatio esse potest; Velleianum verò Sctum introductum in favorem mulierum, ne ob imbecillitatem sexus decipiantur, tendit per indirectum saltem in bonum publicum, ei igitur renunciari tutius potest, *arg. l. 29. C. d. pact. l. ult. §. 4. ff. ad Sctum Vell.*

XLI.

Debitum litigiosum in compensationem venire posse in propatulo est, *l. 8. ff. d. compensat.*

XLII.

Si pecunia apud aliquem sit deposita, depositarius autem de utendo paciscitur, quæritur an depositum an mutuum? sed prius defendendum suscipimus, nec quicquam *l. 9. §. f. & l. 10. ff. d. R. C.* movemur, Manet n. depositum, ratione intentionis contrahentium, ratione autem effectus sc. usus, mutuum dici potest, & si mutuum esset, pacta d. utendo non requirerentur, sed statim accipiens Dominus fieret.

XLIII.

Sequestrationem regulariter esse prohibitam non impugnamus, *l. m. C. d. prohib. seq. pec. l. 6. C. unde vi. da. ri tamen interdum æquissimum est, si causa subsit, veluti in l. 22. §. 8. ff. solut. matr. prodigalitat. causa, in cap. 8. x. de restit. spoliatorum, sævitix in uxorem.*

Non

XLIV.

Non adeo leves rationes adducunt dissentientes, quibus conantur evincere, *l. 2. C. d. resc. vend.* pro venditore non emtore esse introductam, verum cum Imperatores in *l. 2.* tantum consulti fuerint de venditore, de eo solum responderunt, non autem excludunt interpretationem extensivam in similibus.

XLV.

Retractum ratione causæ efficientis non malè in legalem & conventionalem dividimus, ad illum jus promissos *arg. 2. f. 26 §. Titius.* ad hunc, de retrovendendo pactum referimus, *l. 2. l. 7. C. d. pact. inter emt. & vend.*

XLVI.

Et canonici & civilis juristextus probant, biennalem cessationem solvendi locarium, esse causam expellendi conductorem. *c. 3. x. d. loc. cond. l. 3. C. eod. l. 56. ff. eod.*

XLVII.

A contractu innominato do ut des, nihil distat permutatio, quicquid in contrarium statuat Wesenbecius per *§. 28. f. d. act.* quòd ex permutatione detur actio b. f. ex contractu do ut des autem non: Sed ratio est nulla, sunt enim synonyma *l. 1. C. d. rerum perm.*

XLIX.

Imò non erubescimus ex eodem *§. 28. f. d. Act.* asserere, omnem actionem præscriptis verbis esse bonæ fidei, non modo in duobus casibus, ut vulgariter habetur ac creditur.

XLIX.

Actionem præscriptis verbis, tam ex nominato quàm innominato contractu aliquando dari, non est juris incogniti, l. 18 l. 20 pr. ff. præsc. verbis l. 50 ff. de emt v.

L.

Contractus consensuales admittunt duplicem perfectionem, sc. primam & secundam, seu potius perfectionem ac implementum, seu consummationem, arg. l. 13. § 8. ff. d. act. emti v.

LI.

Reales autem & innominati, non nisi unam, quæ sit rei interventu, t. t. f. quib. mod. re cont. oblig.

LII.

Quæ nam causæ constituent tacitum pignus, & qui illo gaudeant, ex subjectis versiculis apparet:

Ædes servandæ, Res ductæ in civica recta,

Rura sed infructu, post Legatarius, Uxor,

Atq; Minor, Fiscus, Privignus, Filius, Ordo

Civilis, tacitum pignus dant, hocq; fruuntur.

l. 1. ff. in quib. causis pignus, l. 2. ff. h. l. 4 ff. h. l. 1. C. comm.

de legat. l. un. §. 1 C. d. rei ux. act. l. 20. C. d. admin. tut. l. 46.

ff. d. jure fisci §. 3. l. 6. C. in quibus causis pignus l. 6. §. 4. C. d.

bomis qua lib. l. f. C. quo or d. quis conven.

LIII.

Per minores interdum intelligi pupillos, ex canonico & civili jure probatur, cap. 4. d. sepultur. in 6to. t. t. ff. quand. ex fact. tut. vel curat. min. agere vel conven. poss.

Negle-

LIV.

Neglecta Wesenbecij opinione, cum Bachov. defendimus: extraneum possessorem in b. f. constitutum, actioni hypothecariæ præscribere, in re mobili, triennio, *pr. f. d. usuc.* immobili, tempore 30. annor. Debitorem autem, non nisi 40. ann., *l. 7. pr. C. si. d. præscr. 30 v. 40. ann.*

LV.

Duos testes, regulariter, nisi lex specialiter plures requirat, sufficere in quovis actu, divinum & humanum jus affirmat, *Deut. 17. v. 6. Matth 18. v. 16. l. 12. ff. d. testib. cap 4. C. 23. Extr. Eod.*

LVI.

Regulæ juris, quod ignorantia juris non, facti excuset, *l. 9. ff. de jur. C. fact. ignor. est ratio, quòd jus finitum ac certum, l. 2. d. t.* dum autem quis hoc ignorat, culpâ non caret, & facit contra leges, Patrocinium igitur minimè in his potest quærere, ne melioris sint conditionis stulci, quàm periti. *l. 4. ff. quod vi. aut. clam.*

LVII.

Et, quia regula est, per se importat exceptionem, quia est universalis & contingens, nempe universaliter concepta, in materia contingenti non necessaria.

LIX.

Concubinam habere & canonico & civili jure permittitur, *dist 34 c. 4. C. 5. neq; obstabit ead dist. c. 6. in quo verba concubinas vobis habere non licet, referuntur ad plures concubinas, quas habere d. c. 6. prohibet.*

LIX.

Liberos interdum justè dissentire à parentibus, in matrimoniis contrahendis, si statuamus, nequicquam à jure civili abimus, *l. 19. ff. de ritu nupt.*

LX.

Leg. 26. C. de nupt. §. caus. 30. q. 3. c. 1. it. tit. x. de cogn. Spirit: hodiernos mores tacitè in plerisq; locis abrogasse constat, quamvis in Duc. Brunsv. & Lunab: prohibitio inter suscipientem & susceptum observetur. *Ordin. polit. Lunab. t. 30.*

LXI.

Capituli 6. §. 7. x. de raptoribus cerebrinum fundamentum hauc difficulter cuiquam innotescit, matrimonium cum rapta concedentium, nos *l. un. C. d. rapta. virg.* vigorem potius esse observandum, ex multis docemur rationibus.

LXII.

Jure pontif. testamenta coram duobus testibus valida perficiuntur, *l. 10. x. de testam.* cui regulariter in hoc passu praevalet ius civile.

LXIII.

Testes non sunt necessarium requisitum ad quodvis testamentum.

LXIV.

Interdum quibusdam personis solennitates civiles in testamentis, vel favore, vel necessitate remittuntur, utrasq; continent annexæ lineæ:

Rnsticus

Rusticus, atq; Parens, Miles, Pira causa, statutum,
Pestis, testando jura remissa colunt.

l. ult. C. de testam. l. 21. §. ex imperfecto eod. l. pen. C. de testam. mil. c. relatum x. de testam. Myns. 5. O 20. l. 8. C. de testam.

LXV.

Inter legata & fideicommissa plurimæ dantur differentia.

LXVI.

Non obloquimur *l. 2. §. si à pupillo ff. pro emptore*, quando negamus rem pupillarem posse usu capi,

LXVII.

Casus fortuitus si animus occidendi adfuerit, non excusat à poenâ *L. Corn. l. 18. §. 3. d. ff. de injur.*

LXVIII.

Maleficorum receptatores extraordinariâ poenâ plectuntur, *l. 1. §. 2. C. de his qui lat. vel al. crim. reos occulit.*

LXIX.

Quamvis quis damnatum debeat sentire ob culpam intervenientem, tamen ubi alia ratio subest, & sine culpa, *reg. 23. de reg. i. 6.*

LXX.

Optimis rationibus jure can. cautum, ne quis minor xxv. annis præbiter eligatur, *c. 7. x. d. elect: Imò dist. 78. c. 1. habetur* quòd major esse debeat annis triginta, ad quam diversitatis rationem DEO volente publicè respondebimus,

Tantum

Tantum sit, ut Amplissimæ Facultatis
legem observem. Tibi Æterne Presbyter,
gratias immortales habeo, pro concessis vi-
ribus, Tibiq; impostero omnes actiones,
omnem vitam, ac studia commendo, ut
nihil aliud, quàm divini tui nominis gloria,
ac reip: salus inde quærat. Tibi sit
laus & gloria in omnes seculo-
rum myriadas.

F.



LIV.

Neglecta Wesenbecij opinione
dimus: extraneum possessorem in
ctioni hypothecariae praescribere, i
pr. *f. d. usuc. immobili*, tempore 3
autem, non nisi 40. ann., *l. 7. pr.*
40. ann.

LV.

Duos testes, regulariter, nisi
requirat, sufficere in quovis actu, d
jus affirmat, *Dent. 17. v. 6. Matth 1*
cap 4. § 23. Extr. Eod.

LVI.

Regulae juris, quod ignorantia
cuset, *l. 9. ff. de jur. § fact. ignor. est*
tum ac certum, *l. 2 d. t.* dum aut
culpam non caret, & facit contra le
tur minimè in his potest quære
ditionis stulti, quam periti *l. 4. ff.*

LVII.


Et, quia regula est, per se imp
quia est universalis & contingen
ter concepta, in materia conting

LIX.

Concubinam habere & canon
mittitur, *dist 34 c 4. § 5*, neq; obst
verba concubinas vobis habere
ad plures concubinas, quas hab

A3

the scale towards document



nov. defen-
cutum, a-
i, triennio,
Debitorem
ra ser. 30 v.

iter plures
humanum
ff. d. testib.

n, facti ex-
od jus fini-
oc ignorat,
cinium igi-
is sint con-
clam.

ceptionem,
universalis-
necessaria

li jure per-
fic. 6. in quo
referuntur
prohibet.

Liberos